

www.e-rara.ch

Ioh. Iacobi Harderi med. d. et phil. prof. Basil. Prodromus physiologicus naturam explicans humorum nutritioni et generat. dicatorum

Harder, Johann Jakob

Basileae, an. 1679

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-72088>

[Widmungsbrief]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

V I R O
Magnifico, Amplissimo & Con-
sultissimo

D O M I N O
JOH. RODOLFO
BURCKHARDO,
Inclytæ Reip. Basil. Con-
suli Gravissimo, Patriæ Patri
Integerrimo.

Nec non

V I R I S
Nobilissimis, Excellentissimis, Prudentis-
simis,

D. THEODORO BURCKHARDO
D. ANDRÆ MITZIO
D. BERNHARDO VERZASCHÆ

Archiatro

SENATORIBUS,
D. JOH. CONRADO HARDERO
Archigrammateo.

Scholarhis Academiae & Ecclesiae Basil.
Speculatissimis, Honoratissimis.



Magnifice D. Consul.

Ampliss. & Spectatiss. D. Scholarchæ.

EA fuit quondam Romana gentis in bene meritos pietas, ea erga Patres Patriæ observantia, is in avitæ Libertatis Tutores & Defensores amor & affectus, ut non tantùm publicis, quos poterant, ornarent triumphis, & capitibus laureâ coronatis, quatuor albis equis, inaurato currui junctis, in capitolium deducerent, simulque statuas solennes, promeritorum honorum indices, ac perennaturæ gloriæ præcones erigerent, sed & illis,
2: 2 quos,

quos, vel ob Fatorum invidiam,
vitæ filum citius abrumpentium,
vel ob propriam modestiam,
dum viverent, hoc honore ma-
ctare non licebat, monumenta
exstruerent pomposa, & colum-
nas, marmore splendidas, vel
post mortem, rerum gestarum
excellentiâ, Civiumque affe-
ctum & benevolentiam debitam,
decantaturas: Ast! desiit hæc Ro-
manorum pietas & gloria, non
ab omni libera superstitione: de-
siere Columnæ, periære Colossi:
Alia tantum non hoc ævo mun-
di facies, quo tam depravato vivi-
tur genio, ut nec Deo suus cul-
tus, nec Proceribus, de populo
& patriâ optimè meritis & me-
rentibus, pristinus videatur con-
stare honos ac obsequium.

*In pejus ruimur, cessat Romana
vetustas,
Cessarunt pietas, gloria, fama,
decus.*

Non tamen apud omnes, Vene-
num hoc lethiferum profundius
serpssisse arbitror: Sunt, qui adhuc
purioris conscientiae laude du-
cuntur, qui beneficia Patriae, Reip.
& Ecclesiae praestita, grato vene-
rantur pectore, sibi que de tam fi-
dis, ingenuis & prudentibus Pro-
statis, patriae Libertatis Propugna-
toribus strenuis, verae Religionis
Propagatoribus assiduis, & bona-
rum Artium, Literarumque &
Literatorum, Meccoenatibus ma-
xumis, mecum gratulantur; At-
que inter hos, *Vos Viri Ampliss.*
praecipue emicatis, qui tantò ma-

jori gloriæ & meritorum cumulo stipati estis, quantò præ aliis, pro Patriæ salute & tranquillitate, pro Ecclesiæ stabilimento, & Academia emolumentis magis fuistis solliciti: Tuam ne hic dicam, *Magnif. Consul BURCKHARDE* in rebus agendis prudentiam & dexteritatem, vel in consiliis gravitatem, inque Patriam benivolentiam indefessam? Num tacendum, quâ cum solertiâ ad clavum Reip. sedeas, & quâ cum industriâ avita jura tuearis? Loquitur tota *Helvetia*, loquuntur legationes innumeræ, quibus hætenus, pro illius salute, strenuè & sollicitè defunctus es: loquitur alma nostra *Basilea*, loquitur *Academia*, atque præ gaudio exultat,

ultat, quoties *Nutritij* sui fidelis-
fimi beneficia memori volvit pe-
ctore: Loquor & *Ego*, de inferiori
licet subtellico, *Tuaq;* εὐεργετή-
ματα, in me, nihil tale merentem,
largâ manu collata, grato reve-
reor animo, juxtaque, titubante
quamvis linguâ, *Tibi*, de sanitate
coelitus restitutâ, submissa fundo
vota; *Reipublicæ* novum Prote-
ctorem, *Ecclesiæ* verum Tutorem,
Academiæ candidum Nutritium,
& *Bonis* omnibus foecundum
Promotorem animitus gratula-
tus.

Sed quo jure *Vos* filere fas est,
Spectatiss. Scholarchæ, qui & ipsi
Reip. Columna estis splendida, &
Scholarum maximum solatium?
Altâ etiam nû mente repôsta ma-

nent, beneficia Vestra, quibus o-
 mni tempore mea studia profe-
 cuti estis : Nec dum excidêrunt
 gratia & favor, quæ in nuperà *mei*
 in *Professorem* electione, luculen-
 tissimè testati estis, & in hunc usq;
 diem comprobâstis: Tuæ quoque
Venerande Parens curæ optimè
 recordor, & quî ab ineunte æta-
 te, meis conatibus, affectu & effe-
 ctu, consilio & auxilio fortiter ad-
 stiteris, quotidie ruminor. Vo-
 luntas *τεμπνέων* aliquod animi
 grati & obsequii submissi *Vobis*
 singulis edendi, jam dudum ade-
 rat promptissima: Sed deerant *mi-*
hi Statua, nec quæ monumenta,
Vestris Nominibus digna erigere
 ausim sciebam: Tandem vel levi-
 bus hisce pagellis, quæ *Vestrum*
 patro-

patrocinium , reverenter efflagi-
tant, *me* gratam meam mentem
quoquo modo probatam dare
posse confisus sum , utpote qui
nôram quo loco apud *Vos* Lite-
rarum & Artium Cultores habe-
antur, & quo cum affectu, (*Tu*
inprimis, *Magnif. Consul*, Studio-
rum & Literatorum Patrone Ma-
xume,) Scriptorum *Nominibus*
Vestris Sacrorum curam in *Vos*
suscipiatis.

Agite proin *Viri Magnif. &*
Speçtatiss. hancque meam opel-
lam, *Vobis* sacram, gratam & acce-
ptam esse jubete: Mihi verò, illius
Authori , ac *Vestrar. Amplitud.*
Clienti , proporrò Venerando V.
affectu propitii estote ! *Ego* , si
quod aliud non suppeditabit, ju-

xta observantiæ & cultus humi-
 lioris fidem, votis ardentibus a-
 pud Deum T.O.M. pro Vestra in-
 columitate & omnigenâ benedi-
 ctione, in *Reip.* commodum, *A-*
cademiæ atque *Ecclesiæ* fospitatio-
 nem, quamdiu Spiritus hos re-
 get artus, nunquam cessabo: Vi-
 vite felices & Valetē?

Vestrar. Magnif. & Amplitud.
devotissimus Cliens,

J. JACOBUS HARDERUS
 D. & Prof. Bas.

PRÆ-